HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 71v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



canuntur: sed multe mansiones in domo patris in
quas singuli pro meritis tunc introducuntur. Ideo in Do
minica die he laudes canuntur, quia per fidem resurrec
tionis xpi hec gaudia iustis in resurrectione da
buntur. Ideo etiam infra pascha frequentantur, quia resurrecti
onis xpi et nostre tempus per eas repraesentatur. Ideo uero he in festis
sanctorum cantantur, quia sancti nunc in gaudio quod in resurrec
tione dupliciter percepturi sunt gratulantur. Hanc
eandem significationem et sanctus Benedictus
in ordinatione sui officii expressit. hoc solo mutato.
quod Deus misereatur in primis ad honorem sancte trinitatis can
tari iussit. De Privatis diebus.

In Dominica nocte

Celebravimus nostram liberatio
nem et angelorum coequalitatem, in privatis noctibus
commemoravimus nostri exilii servitutem. A quo enim quis
superatur, illius et servus vocatur. Diabolus autem humanum
genus in primo parente devicit, et dure servituti sub
iecit. Ut ergo ab hac servi[illegible]tute liberi fiamus, divi
no servicio nocturnis ho[illegible]ris insudamus. et ut a
nocte huius vite ad eternam lucem perveniamus. Ve
runtamen quia nostram servitutem per sex etates
mundi extendi deplo[illegible]ramus, ideo sex nocti
bus ebdomade hoc officium celebramus. Et quia
noctem .xii. horis asseri[illegible]bimus. ideo .xii. psal
mos canimus, quatenus qui[illegible] .xii. mensibus anni
servitute detinemur: [illegible] per doctrinam duodecim

Dominica nocte

xii. Psalmi.